Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

xore obtundit: uermes interficit: de
siderium coytus remouet: cuiusque materiam
desiccat et abscidit et sucus eius bibitus
omnibus uenenis resistit: et ut supeadditum
est cum nuce comesta pestilentie et omni
ueneno preseruatiuum adiutorium prestat.
Plurimum autem de ruta comedere malum
et periculosum est. Sed attente tamen respi
ciatur ne cum ruta comedantur uirci
des uermiculi: quos tempore ueris in suis
folijs producere solet: qui propter similitu
dinem coloris difficile cognoscuntur:
qui mali sunt et uenenosos effectus pro
ducentes. Radix rafanus: ramoratia
in capitulo de acrimine:

No. remedium contra uene
na . contra pestem

Spinachia frigida sunt et humida
in primo: licet quod quidam dicant quod
ad temperamentum declinet: uirtute laxa
tiuam | abstersiuam | et colere refractiua
habent: quietiua: pectori: pulmoni | epati et
stomaco congruentia sunt: boni existunt
nutrimenti | meliores quam atriplices. et
proprie colericis et sanguineis prosunt.